



Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepiscopis Et Aliis Ecclesiarum Praelatis, Marchionibus, Comitibus,
Baronibus, & aliis nobilibus viris, & universis Christi fidelibus ad quos
literae istae pervenerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

appellationem delata, diffinitioni ejus contrariis affectibus intendebant, & cum vellent adinvicem litigare, dilecti filium G. SS. Cosmae & Damiani Diaconum Card. ipsis concessimus auditorem. Cumque partes in ejus essent praesentia constituta, praedicti nuncij pro ipsis & parte sua firmiter afferebant quod causa eadem post tractatum diutinum amicabili tandem fuerat compositione sopita: quam quidem Archidiaconus juramento, Episcopus vero sub pena mille librarum se promiserat firmiter servatum. Ex adverso autem praedictus Archidiaconus proponebat quod cum videret partem adversam sibi super observatione compositionis factae molestiam irrogare, bona mem. Clementi Papae prædecessori nostro suam curavit proponere quæstionem: qui tandem ipsum à præstito juramento post causæ cognitionem absolvit, & licentiam ei dedit ut archidiaconatus sui jura, non obstante compositione illa, prosequi non cessarer; praesertim cum eam præfatus Episcopus non servasset, & tam ipse quam plebani soci ejus super hoc contra mandati apostolici formam eum plurimum molestassent. E contra præmissi nuncij affirmabant quod Episcopus suus contra compositionem non venerat, immo ipsi Archidiacono querenti responderat quod paratus erat facere quod deberet, sicut per instrumentum publicum ostendebatur, & quod Archidiaconus contra juramentum licitum ac sponte interpositum nulla debuisset ratione venire. Et si forte sibi esset aliquo modo (quod non credebant) indulsum, prius quam contra compositionis formam præsumperat, emendare penitus tenebatur, quam statueretur aliquid super negotio principali. Ceterum cum in praesentia Card. praedicti diutiis litigassent, tandem auditis per eum quæ duxerant proponenda, fratum nostrorum consilio habito diligenter, causam ipsum sub certa forma tuæ fraternalitati duximus committendam, per apostoli scripta mandantes, quantum utramque partem ad observationem compositionis prædictæ (quam licet esse comperimus, & ideo juramentum pro ipsis observatione interpositum censuimus fore servandum) non obstante absolutione prædicta, quam credimus per subreptionem obtentam, per censuram ecclesiasticam sublato appella-

tionis obstaculo compellere non omittas, in irritum apost. auctoritate reducens si quid contra compositionem prædictam per prædictum Archidiaconum cuiuslibet auctoritate rescripti noveris immutatum. Si quid vero postmodum inter eos fuerit quæstionis, partibus ad tuam praesentiam convocatis audias, & illud appellatione remota debito fine decidas. Volumus præterea nihilominus & mandamus, quatenus Clericos & laicos, qui occasione quæstionis prædictæ, quam cum Archidiacono habuerunt, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sunt vinculo innodati, secundum Ecclesiae formam absolvias; illos qui ipsis bona sua per violentiam abstulerunt, ad restitutionem eorum, sicut justum fuerit, ecclesiastica censura remota appell, compellens, & non permittas quod ipsis super beneficiis suis gravamen vel aliqua molestia ab aliquo indebitè inferatur. Illos vero quos Ecclesiæ violasse & manus in Clericos temerarias injecisse constiterit, tamdiu facias sicut excommunicatos ab omnibus arctius evitari, donec passis injuriam &c & cum testimonio literarum &c. Datum ut supra &c. i v. Idus Maij.

ARCHIEPISCOPIS ET ALIIS
Ecclesiaram Prælatis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & aliis nobilibus viris, & universis Christi fidelibus ad quos literæ istæ pervenerint.

CVm ad capiendas vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineam Domini Sabaoth, species quidem habentes diversas, sed caudas adinvicem colligatas, quia de vanitate convenient in idipsum, & haereticos ab fideliis confortio excludendos, dilectum filium fratrem Rainerium, potentem divino munere in opere & sermone, & cum eo dilectum filium fratrem Guidonem, virum Deum timentem & vacantem operibus caritatis, ad partes vestras duxerimus destinandos, universitatem vestram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, & in remissionem injungimus peccatorum, quatenus eos benignè recipientes pariter & devotè, contra haereticos ipsis potenter & viriliter assistatis, eis consilium & auxilium impendentes. Verum quia frater Rainerius pro arduis Ecclesiæ negotiis in Hispaniam de mandato processit


Epiſt. 10.
Ut communi-
tiſſis apoloſiſ
contra haereti-
cos auxilio
ſint.

cessit apostolico , volumus nihilominus & mandamus ut vos fratres Archiepiscopi & Episcopi , cùm à dicto fratre Guidone fueritis requisiti , in hæreticos , quos ipse vobis nominaverit , spiritualem gladium exeratis ; laici vero bona eorum confiscent , & eos ejicant de terra sua , & eorum paleas separent à frumento . Omnibus autem qui pro conservatione fidei Christianæ in tanto discrimine quod Ecclesiæ imminet , ipsi astiterint fideliter & devotè , illam peccatorum suorum concedimus indulgentiam , quam beati Petri vel Iacobi limina visitantibus indulgemus . Datum Roma &c. ut suprà , 111. Idus Maij .

ABBATI SANCTI VEDASTI.

Epiſt. 166.
Approbat ejus
voluntatem ,
quod ex colle-
gio seculari fa-
cili olim ce-
nobium , ad col-
legium revoca-
re laborat .

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri ; ne refriescat caritas postulantis ex longioris moræ fastidio , velex brevietiam dilatione tepeſcat . Significasti ſiquidem nobis quod cùm Ecclesia sancti Petri de Castro ſita juxta monasterium tuum liberaſit , & ſicut iſum monasterium ab episcopali jurisdictione penitus sit exempta , & in ea olim eſſe conſueverint Canonici ſeculares , prædeceſſores tui , ut poſſeſſiones iſipius in ſuos uſus converterent , ut in ipſa facerent per monachos miniftrari indulgentiam à ſede apostolica impetrarunt . Verū quoniam in ea mi- nū ſolemniter Domino deſervitur , ad ampliandum ibidem cultum divini nominis Canonicos ſeculares , prout ibi quondam fuerant , in ea ordinare deſideras , & eis certos redditus aſſignare . Ea propter , dilecte in Domino fili , intentionem tuam laudabilem attendentes , auſtoritate tibi præſentium indulgemus , ut de conſilio fratrum tuorum , vel majoris & ſanioris partis , in ea Canonicos ſeculares iſtituas , & tam de bonis monaſterijs tui , quād de his quæ ibi à fi- delibus offerentur , redditus eis compe- tentes aſſignes : ita tamen ut in nullo li- bertas illa depereat , quam ei prædeceſſores noſtri Romani Pontifices contulere . Nulli ergo &c. Datum Roma &c. Idibus Maij , Pontificatus noſtri anno primo .

B. MAGISTRO SCHOLARVM
& Valberto Canonico Tarvisinis.

SVper eo de quo nos veftra diſcretio requiſiſit , videlicet quid faciendum ſit de his qui captioni bona memoriae V. Bellunen . Episcopi , ex qua dignoſcitur à quibusdam aliis crudeliffime interem- ptus , ſe diabolico iſtinctu interfuiſſe fatentur , ſi ad Eccleſiam redire voluerint , in qua ſint forma recipiendi ab ea , vobis taliter reſpondemus , quod cùm tam enorū flagitium debita velimus fe- veritate punire , ne facilitas veniae incen- tivum p̄ebeat delinquendi , ſi communio ni fidelium reconciliari deſiderant , ad ſedem apostolica veniant absolvendi , niſi forte articulus mortis immineat , vel hostilitas impedit capitalis ; qui- bus in utroque caſu , recepta ſecundū formam Eccleſiae ſufficientiſſima cau- tione quod noſtri debeant obedire mandatis , aſſolutionis beneficium no- ſtra auſtoritate potestis impendere : ita tamen quod opportunitate recepta , ſu- cepturi mandatum , ad ſedem apostolica accedere non poſponant . Provi- deatis autem attentiū ne quid contra p̄aſcriptam formam quomodo liber* at- tentetur . Datum Romæ apud ſanctum Petrum .

ARCHIEPISCOPO
& Capitulo Turonen.

LIcet in Ezechiele legatur *Animalia ibant* , & non revertebantur , ta- men ſequitur in eodem , *Animalia ibant* , & revertebantur . Quamvis autem haec vocum diſſonantia ſecundū ſanum conſonet intellectum , & varia expoſi- tiones habeat myſticas & morales , poſ- ſunt tamen per animalia munda , quæ ruminant & ungulam findunt , rectores Eccleſiae non incongrue deſignari : qui diſcernendo fingunt ungulam , & rumi- nant meditando : qui dum aliqua ſta- tuunt quæ poſtmodum non retractant , eunt , & non revertuntur ; cùm vero ali- quid ſtauunt quod poſtmodum revo- cant conſilio ſaniori , eunt , & (ſicut de animalibus legitur) revertuntur . Vi- nam autem prædeceſſores noſtri Romani Pontifices in diſſinzione illius veteris , & nondum inverterata , ſed p̄e ve- tuſtate noſtiſſimæ quæſtionis , quæ inter Turonen . & Dolen . Eccleſias fuit diu- tiū agitata , & adhuc ſub iudice lis eſt ,

Epiſt. 167.
Episcopi truci-
datores à ſolo
Papa abſolvendi,
excepto arti-
culo mortis .

Epiſt. 168.
Cicantur ad au-
diendum ſen-
tentiam profer-
te in cauſa ip-
ſorum contra
Eccleſiam Do-
lenſem .
Vide lib. 2. epiſt.
82. & ſeqq.

M